

FEMMES A ROME

Mulieres et viri

Viri et mulieres

Quid novi sub sole ?

Avant d'interroger l'histoire, avant de convoquer les figures féminines marquantes de la Rome antique, héroïnes légendaires, matrones, gardiennes du foyer, épouses vertueuses, femmes cultivées et libérées, légères, libertines, avant de souligner tout ce qui nous sépare du passé, donnons la parole à Ovide. Nous ne sommes plus au temps de Romulus, les Sabines ont pris de l'âge et leur place dans la cité, et les Encolpe et Asclyte du Satiricon ne sont pas encore nés. Mais l'Ars Amatoria, certes tributaire des mœurs de son temps, fait apparaître l'éternel féminin...et son pendant, l'éternel masculin, puisque aussi bien l'on ne saurait parler de la femme sans parler de l'homme, et à Rome tout particulièrement.

Ovide

L'art d'aimer

LIVRE I

Rome, unique objet de tes emportements

(Ovide s'adresse au jeune homme)

Principio, quod amare velis, reperire labora, 35
 Qui nova nunc primum miles in **arma** venis.
Proximus huic labor est placitam **exorare** puellam.
 Tertius, ut longo tempore duret amor.
Hic modus, haec nostro **signabitur area** curru :
 Haec erit **admissa meta terenda** rota. 40
Dum licet, et **loris** passim potes ire solutis,
 Elige cui dicas 'tu mihi sola places.'
Haec tibi non tenues veniet **delapsa** per auras :
 Quaerenda est oculis apta puella tuis.
Scit bene venator, cervis ubi retia tendat, 45
 Scit bene, qua **frendens** valle moretur aper;
Aucupibus noti **frutices**; qui sustinet **hamos**,
 Novit quae multo pisce **natentur** aquae:
Tu quoque, materiam longo qui quaeris amori,
 Ante frequens quo sit disce puella loco. 50
Non ego **quaerentem** vento dare vela iubebo,
 Nec tibi, ut invenias, longa terenda via est.
Andromedan Perseus nigris **portarit** ab **Indis**,
 Raptaque sit Phrygio **Graia** puella viro,
Tot tibi tamque dabit formosas Roma puellas, 55
 'Haec habet' ut dicas 'quicquid in orbe fuit.'
Gargara quot segetes, quot habet **Methymna racemos**,
 Aequore quot pisces, fronde teguntur aves,
Quot caelum stellas, tot habet tua Roma puellas:
 Mater in Aeneae constitit urbe sui. 60

Seu **caperis** primis et adhuc crescentibus annis,
 Ante oculos veniet vera puella tuos.
 Sive cupis iuvenem, iuvenes tibi mille placebunt ;
 Cogaris voti nescius esse tui.
 Seu te forte iuvat sera et sapientior aetas, 65
 Hoc quoque, crede mihi, plenius agmen erit.

Le théâtre, le Cirque et leurs appas

Sed tu praecipue curvis **venare** theatris ;
 Haec loca sunt voto fertilia tua. 90
 Illic invenies quod ames, quod ludere possis,
 Quodque semel tangas, quodque tenere velis.
 Ut redit itque frequens longum formica per agmen,
Granifero solitum cum vehit ore cibum,
 Aut ut apes **saltusque** suos et olentia **nactae** 95
 Pascua per flores et thyma summa volant,
 Sic ruit ad celebres **cultissima** femina ludos:
 Copia iudicium saepe morata meum est.
 Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae:
 Ille locus casti damna pudoris habet.

Nec te nobilium fugiat certamen equorum; 135
 Multa **capax** populi commoda Circus habet.
 Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris,
 Nec tibi per **nutus** accipienda **nota** est:
 Proximus a domina, nullo prohibente, sedeto,
 Iunge tuum lateri qua potes usque latus; 140
 Et bene, quod cogit, si nolis, **linea** iungi,
 Quod tibi tangenda est lege puella loci.
 Hic tibi quaeratur socii sermonis origo,
 Et moveant primos **publica** verba sonos.
 Cuius equi veniant, **facito**, studiose, requiras: 145
 Nec **mora**, quisquis erit, cui favet illa, fave.
 At cum pompa frequens **caelestibus** ibit **eburnis**,
 Tu Veneri dominae plaude **favente** manu.
 Utque fit, in **gremium** pulvis si forte puellae
 Deciderit, digitis **excutiendus** erit ; 150
 Etsi nullus erit pulvis, tamen excute nullum:
 Quaelibet officio causa sit apta tuo.
Pallia si terra nimium **demissa** iacebunt,
 Collige, et immunda **sedulus** effer humo;
 Protinus, officii pretium, patiente puella 155
Contingent oculis crura videnda tuis.

LIVRE III

Les artifices de la séduction

(Ovide s'adresse à la jeune femme)

Rara tamen **mendo** facies caret: **occule mendas**,
 Quaque potes vitium corporis abde tui.

Si brevis es, sedeas, ne stans videare sedere,
 Inque tuo iaceas **quantulacumque toro**;
 Hic quoque, ne possit fieri mensura **cubantis**, 265
 Iniecta **lateant** fac tibi veste pedes.
Quae nimium gracilis, pleno **velamina filo**
 Sumat, et ex umeris latus **amictus** eat.
 Pallida purpureis **spargat** sua corpora **virgis**,
 Nigrior ad Pharii **confuge** piscis opem. 270
 Pes malus in nivea semper celetur **aluta**,
 Arida nec vinclis crura **resolve** suis.
 Conveniunt tenues **scapulis analectrides** altis ;
 Angustum circa **fascia** pectus eat.
 Exiguo signet gestu, quodcumque loquetur, 275
 Cui digiti pingues et **scaber** unguis erit.
 Cui gravis oris odor numquam **ieiuna** loquatur,
 Et semper spatio distet ab ore viri.
 Si niger aut ingens aut non erit ordine natus
 Dens tibi, ridendo maxima damna feres.

A ce propos, écoutons Propertius, le contemporain d'Ovide (Élégie II, 18, v. 25-38)


Pourquoi imiter follement la ridicule coutume du Breton ? pourquoi t'amuser à teindre tes cheveux d'une couleur étrangère ? Le plus beau visage est celui que donne la nature, et les couleurs du Belge ne siéent nullement sur une tête romaine. Qu'elle soit accablée de mille maux après la mort, celle qui fut assez ridicule pour déguiser sa chevelure ! Toujours, à mes yeux, oui, toujours tu seras belle ; ta beauté me suffit, pourvu que tu écoutes souvent mes vœux. Le blond, d'ailleurs, mérite-t-il donc nos hommages, parce qu'une femme aura couvert ses tempes de cette couleur mensongère ? Tu n'as ni frère ni enfants à qui tu doives plaire ; moi seul je tiens la place d'eux tous. Ne cherche jamais, je t'en conjure, qu'à conserver pure ta couche, et garde-toi de trop orner ton front. Redoute de tristes bruits, que je pourrais croire, hélas ! et que n'arrête aucune distance ni l'obstacle des mers.

Ovide : où et comment séduire (suite)

Hos **ignava** iocos tribuit natura puellis;
 Materia ludunt **uberiore** viri.
 Sunt illis celeresque pilae iaculumque **trochique**
 Armaque et in gyros ire coactus equus.
 Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima **Virgo**, 385
 Nec **Tuscus** placida devehit amnis aqua.
 At licet et prodest **Pompeias** ire per umbras,
 Virginis aetheriis cum caput ardet equis;

 Utilis est vobis, formosae, turba, puellae.
 Saepe vagos ultra limina ferte pedes.
 Ad multas lupa tendit oves, **praedetur** ut unam,
 Et Iovis in multas devolat **ales** aves. 420
 Se quoque det populo mulier **speciosa** videndam:
 Quem trahat, e multis forsitan unus erit.
 Omnibus illa locis maneat studiosa placendi,

Et curam tota mente **decoris** agat.
 Casus ubique valet; semper tibi pendeat hamus: 425
 Quo minime credas **gurgite**, piscis erit.
 Saepe canes frustra **nemorosis** montibus errant,
 Inque plagam nullo cervus agente venit.
 Quid minus Andromedae fuerat sperare revinctae,
 Quam lacrimas ulli posse placere suas? 430
 Funere saepe viri vir quaeritur; ire **solutis**
 Crinibus et fletus non tenuisse decet.




peigne romain

Mais évitez ces hommes qui font étalage de leur parure et de leur beauté, et qui craignent de déranger l'édifice de leur coiffure. Ce qu'ils vous diront, ils l'ont déjà répété à mille autres avant vous : leur amour vagabond ne se fixe nulle part. Que peut faire une femme, lorsqu'un homme est plus efféminé qu'elle, et peut-être a plus d'amants ? Ceci va vous paraître incroyable; et pourtant vous devez le croire : Troie serait encore debout, si elle eût profité des avis du vieux Priam. Il est des hommes qui s'insinuent auprès des femmes sous les dehors d'un amour mensonger, et qui, par cette voie, ne cherchent qu'un gain honteux. Ne vous laissez séduire ni par leurs cheveux tout parfumés d'un nard liquide, ni par leur tunique de l'étoffe la plus fine, et dont une étroite ceinture retient les plis artistement arrangés, ni par les nombreux anneaux qui couvrent leurs doigts. Peut-être le mieux paré de ces galants n'est qu'un escroc qui brûle du désir de vous dépouiller de vos riches vêtements. "Rends-moi mon bien ! " s'écrient souvent les femmes ainsi trompées; et le barreau tout entier retentit de ces cris redoublés : "Rends-moi mon bien ! " Du haut de tes autels tout resplendissants d'or, Vénus, et vous, déesses dont les temples s'élèvent sur la voie Appienne, vous contemplez ces débats sans en être émues. Parmi ces galants, il en est d'ailleurs dont la mauvaise réputation est si notoire, que les femmes trompées par eux méritent de partager leur opprobre.

Les lettres d'amour

Verba vadam **temptent abiegnis** scripta tabellis,
 Accipiat missas apta **ministra** notas. 470
 Inspice, quodque leges, ex ipsis **collige** verbis,
Fingat, an ex animo **sollicitusque** roget,
 Postque brevem rescribe moram: mora semper amantes
 Incitat, exiguum si modo tempus habet.
 Sed neque te facilem iuveni promitte roganti, 475
 Nec tamen e duro quod petit ille nega.
 Fac timeat speretque simul, **quotiensque** remittes,
 Spesque magis veniat certa minorque metus.
Munda, sed e **medio** consuetaque verba, puellae,
 Scribite: sermonis publica forma placet; 480
 A ! quotiens dubius scriptis exarsit amator,
 Et nocuit formae barbara lingua bonae !
 Sed quoniam, quamvis **vittae** careatis honore,
 Est vobis vestros fallere cura viros,

Ancillae puerique manu **perarate** tabellas, 485
Pignora nec iuveni credite vestra novo.
 Perfidus ille quidem, qui talia pignora servat,
 Sed tamen Aetnaei fulminis instar habet.
 Vidi ego **pallentes** isto terrore puellas
 Servitium miseris tempus in omne pati. 490
 Iudice me, fraus est **concessa repellere** fraudem,
 Armaque in armatos sumere iura sinunt.
 Ducere consuescat multas manus una **figuras**,
 (A ! pereant, per quos ista monenda mihi)
 Nec nisi deletis **tutum** rescribere ceris, 495
 Ne teneat geminas una tabella manus.
 Femina dicatur scribenti semper amator :
Illa sit in vestris, qui fuit ille, notis.



Et, pour finir, une lettre, une vraie :

Pline le Jeune
Ep. VI, 7

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

[1] Scribis te absentia mea non mediocriter **affici** unumque habere solacium, quod pro me libellos meos teneas, saepe etiam in **vestigio** meo colles. [2] Gratum est quod nos requiris, gratum quod his **fomentis acquiescis**; invicem ego epistulas tuas **lectito** atque **identidem** in manus quasi novas sumo. [3] Sed eo magis ad desiderium tui accendor : nam cuius litterae tantum habent suavitatis, huius sermonibus quantum **dulcedinis** inest ! Tu tamen quam frequentissime scribe, **licet** hoc ita me delectet ut torqueat. Vale.

Clarissima feminarum facta dictaque

L'histoire de Rome offre plusieurs images de femmes à la vertu exemplaire et au courage inflexible. La plus connue est sans doute Lucrece qui, violée par le fils de Tarquin le Superbe, se donna la mort pour ne pas être accusée d'adultère. Comme nous en avons lu le récit chez Tite-Live durant la saison du GILL 2010-2011, nous ne le reprendrons pas ici. La Rome des origines offre d'autres images de femmes de caractère ; nous en trouvons aussi des exemples sous la République et l'Empire, comme nous pourrions le voir dans les extraits qui suivent.

La mère et la femme de Coriolan

(488 av. J.-C.)

Le patricien Caius Marcus Coriolanus, accusé de trahison par les tribuns de la plèbe, auxquels il s'est toujours violemment opposé, est exilé de Rome et part se réfugier chez le chef des Volsques, Attius Tullius. Attius lui offre le commandement de ses forces militaires malgré le fait qu'il a saccagé quelques années plus tôt la ville de Corioles. Coriolan revient à la tête d'une armée volsque et marche sur Rome.

Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volumniamque uxorem **frequentes** coeunt. Id publicum consilium an muliebris timor fuerit, parum invenio : **pervicere** certe ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia duos parvos ex Marcio ferens filios secum in castra hostium irent et, quoniam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Ubi ad castra ventum est nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, **ut qui** nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta **offusa** oculis animoque **religione motus** esset, multo obstinatio adversus lacrimas muliebres erat ; dein familiarium quidam qui insignem **maestitia** inter ceteras cognoverat Veturiam, inter **nurum nepotesque** stantem, "nisi me **frustrantur**" inquit, "oculi, mater tibi coniunxque et liberi adsunt." Coriolanus prope ut **amens consternatus** ab sede sua cum ferret matri **obviae complexum**, mulier in iram ex precibus versa "sine, priusquam complexum accipio, sciam" inquit, "ad hostem an ad filium venerim, captiva matre in castris tuis sim. In hoc me longa vita et infelix senectas traxit ut exsulem te deinde hostem viderem ? Potuisti **populari** hanc terram quae te genuit atque aluit ? Non tibi, quamvis **infesto** animo et minaci perveneras, ingredienti fines ira cecidit ? Non, cum in conspectu Roma fuit, **succurrit** : intra illa moenia domus ac penates mei sunt, mater coniunx liberique ? Ergo ego nisi **peperissem**, Roma non oppugnaretur ; nisi filium haberem, libera in libera patria mortua essem. Sed ego mihi miserius nihil iam pati nec tibi turpius **usquam** possum, nec ut sum miserrima, diu futura sum : de his videris, quos, si pergis, aut immatura mors aut longa servitus **manet**." Uxor deinde ac liberi **amplexi**, fletusque ab omni turba mulierum ortus et **comploratio** sui patriaeque fregere tandem virum. Complexus inde suos dimittit : ipse retro ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, **invidia** rei oppressum perisse tradunt, alii alio **leto**.

Tite-Live II, *Ab urbe condita*, 40, 1-10



Nicolas Poussin Coriolan supplié par les siens

Clélie

(507 av. J.-C.)

Cet épisode probablement légendaire se déroule à l'issue de la guerre que le roi étrusque Porsenna livra à Rome pour rétablir les Tarquins sur le trône. Il fait suite à l'exploit de C. Mucius qui, arrêté après sa tentative manquée d'assassiner le roi, laissa sa main brûler sur un brasero. Porsenna, impressionné, a offert la paix, mais les Romains ont dû céder des otages, parmi lesquels Clélie, pour obtenir la libération du Janicule.

Patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia prata appellata. Ergo ita honorata virtute, feminae quoque ad publica decora **excitatae**, et Cloelia virgo una ex obsidibus, cum castra Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, **frustrata** custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim **tranavit**, **sospitesque** omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nuntiatum est, primo incensus ira oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem **deposcendam**: alias **haud magni facere**. Deinde in admirationem versus, supra **Coclitis** Muciosque dicere id facinus esse, et **prae se ferre**, **quemadmodum** si non **dedatur** obses, pro rupto foedus se habiturum, sic deditam intactam inviolatamque ad suos remissurum. **Utrimque** constitit fides; et Romani **pignus** pacis ex foedere restituerunt, et apud regem Etruscum non tuta solum sed honorata etiam virtus fuit, laudatamque virginem parte obsidum se **donare** dixit; ipsa quos vellet legeret. **Productis** omnibus elegisse **impubes** dicitur; quod et virginitati **decorum** et consensu obsidum ipsorum **probabile** erat eam aetatem potissimum liberari ab hoste quae maxime **opportuna** iniuriae esset. Pace redintegrata Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, statua equestri, donavere; in summa **Sacra via** fuit posita virgo **insidens** equo.

Tite-Live *Ab urbe condita*, II, 13, 5-11

Porcia (42 ap. J.-C.)

La fille de ce Caton n'avait dans le caractère rien de féminin. Elle apprit le projet que Brutus, son mari, avait formé de tuer César, la nuit même qui précéda ce crime affreux. Brutus étant sorti de la chambre, elle demanda un rasoir en feignant de vouloir se couper les ongles et, le laissant tomber comme par hasard, elle se blessa. Les cris des servantes rappelèrent Brutus dans la chambre et il se mit à lui reprocher d'avoir voulu faire elle-même la tâche du barbier. Mais Porcia le prenant à part : "Ce que j'ai fait, dit-elle, n'est point un accident. C'est, dans la situation où nous sommes, la plus forte preuve que je puisse te donner de mon amour pour toi. J'ai voulu voir par cet essai, pour le cas où ton projet ne réussirait pas selon tes souhaits, jusqu'à quel point je saurais me poignarder sans trembler."

Valère Maxime III, 2 ; 15



Porcia. Enluminure de Robinet Testard pour l'éd. de Boccace *De mulieribus claris* (1361-62)

L'ardeur de ton amour si pur, ô Porcia, fille de M. Caton, sera aussi pour tous les siècles l'objet d'une juste admiration. A la nouvelle de la défaite de Brutus, ton mari, et de sa mort à Philippi, tu n'as pas craint, à défaut du poignard qu'on te refusait, d'avalier des charbons ardents. Ainsi tu trouvas dans ton cœur de femme la force d'imiter la mort héroïque de ton père. Mais peut-être y eut-il chez toi encore plus de courage : il mit fin à ses jours par un trépas ordinaire ; toi, tu voulus mourir d'une mort sans exemple (An de R. 711.)

Valère Maxime IV, 6 ; 5

Arria (42 ap. J.-C.)

C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

Adnotasse videor facta dictaque virorum feminarumque alia clariora esse alia maiora. Confirmata est opinio mea **hesterno Fanniae sermone**. **Neptis** haec Arriae illius, quae marito et **solacium** mortis et exemplum fuit. Multa referebat aviae suae non minora hoc sed obscuriora ; quae tibi existimo tam mirabilia legenti fore, quam mihi audienti fuerunt. (...) Praeclarum

quidem illud eiusdem, ferrum **stringere**, **perfodere** pectus, extrahere pugionem, **porrigere** marito, addere vocem immortalem ac paene divinam: '**Paete**, non dolet.' Sed tamen ista facienti, ista dicenti, gloria et aeternitas ante oculos erant ; **quo maius** est sine praemio aeternitatis, sine praemio gloriae, abdere lacrimas, **operire luctum**, amissoque filio matrem adhuc **agere**.

Scribonianus arma in **Illyrico** contra Claudium moverat ; fuerat Paetus in partibus, et occiso Scriboniano Romam trahebatur. Erat ascensurus navem ; Arria milites orabat, ut simul imponeretur. '**Nempe enim**' inquit 'daturi estis consulari viro servolos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus vestiatur, a quibus **calcietur** ; omnia sola praestabo.' Non impetravit : **conduxit piscatoriam nauculam**, ingensque **navigium** minimo secuta est. Eadem apud Claudium uxori Scriboniani, cum illa **profiteretur indicium**, 'Ego' inquit 'te audiam, cuius in **gremio** Scribonianus occisus est, et vivis ?' Ex quo manifestum est ei consilium pulcherrimae mortis non subitum fuisse. Quin etiam, cum Thrasea **gener** eius **deprecaretur**, ne mori **pergeret**, interque alia dixisset: 'Vis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit, mori mecum ?', respondit: 'Si tam diu tantaque concordia vixerit tecum quam ego cum Paeto, volo.' Auxerat hoc responso curam suorum ; attentius custodiebatur ; sensit et 'Nihil agitis' inquit ; 'potestis enim efficere ut male moriar, ut non moriar non potestis.' Dum haec dicit, **exsiluit cathedra** adversoque parieti caput ingenti impetu **impegit** et corruit. **Focilata** 'Dixeram' inquit 'vobis inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, si vos facilem negassetis.' Videntur haec tibi maiora illo 'Paete, non dolet', ad quod per haec perventum est ? cum interim illud quidem ingens fama, haec nulla circumfert. Unde **colligitur**, quod initio dixi, alia esse clariora alia maiora. Vale.

Pline le Jeune *Ep.* III, 16

Fannia (103 ap. J.-C.)

C. PLINIUS PRISCO SUO S.

1 **Angit** me **Fanniae** valetudo. Contraxit hanc dum **assidet Iuniae** virgini, sponte primum — est enim **affinis** -, deinde etiam ex auctoritate pontificum. 2 Nam virgines, cum vi morbi **atrio Vestae** coguntur excedere, matronarum curae custodiaeque mandantur. Quo munere Fannia dum **sedulo** fungitur, hoc **discrimine** implicata est. 3 **Insident** febres, tussis increscit ; summa **macies**, summa **defectio**. Animus tantum et spiritus viget Helvidio marito, Thrasea patre dignissimus ; reliqua labuntur, meque non metu tantum, verum etiam dolore conficiunt. 4 Doleo enim feminam maximam eripi oculis civitatis, nescio an aliquid simile visuris. Quae castitas illi, quae sanctitas, quanta gravitas, quanta constantia ! Bis maritum secuta in exilium est, tertio ipsa propter maritum relegata. 5 Nam cum **Senecio reus** esset quod de vita Helvidi libros composuisset rogatumque se a Fannia in defensione dixisset, quaerente minaciter **Mettio Caro**

an rogasset, respondit : 'Rogavi' ; an **commentarios** scripturo dedisset : 'Dedi' ; an sciente matre : 'Nesciente' ; postremo nullam vocem cedentem periculo emisit. 6 Quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate et metu temporum **abolitos** senatus consulto, **publicatis** bonis servavit, habuit tulitque in exsilium exsili causam. 7 Eadem quam iucunda, quam **comis**, quam denique — quod paucis datum est — non minus amabilis quam veneranda ! Eritne **quam** postea uxoribus nostris ostentare possimus ? Erit a qua viri quoque fortitudinis exempla sumamus, quam sic cernentes audientesque miremur, ut illas quae leguntur.

Ep. VII, 19, 1-7

Valère Maxime donne d'autres exemples de femmes au caractère bien trempé :

Nous ne devons pas non plus garder le silence sur ces femmes que leur nature et la réserve imposée à leur sexe n'ont pu forcer à se taire dans le forum, ni devant les tribunaux.

Maesia, de Sentinum, traduite en justice, plaida elle-même sa cause devant un tribunal présidé par le préteur L. Titius, au milieu d'un immense concours de peuple. Elle s'acquitta de toutes les parties du rôle de défenseur avec exactitude et même avec vigueur et elle fut acquittée dès la première audience, presque à l'unanimité. Comme elle cachait sous les dehors d'une femme une âme virile, on lui donnait le nom d'Androgyne.

C. Afrania, femme du sénateur Licinius Bucco, qui avait le goût de la chicane, plaidait toujours elle-même ses procès devant le préteur, non qu'elle manquât de défenseurs, mais parce qu'elle était pleine d'effronterie. A force de fatiguer les tribunaux de cris et pour ainsi dire d'abolements qui ne sont pas habituels au forum, elle devint le plus fameux exemple de l'esprit de chicane chez les femmes. Aussi, pour flétrir la malhonnêteté chez une femme, on se sert de ce nom d'Afrania. Elle prolongea son existence jusqu'à l'année où César fut consul pour la seconde fois avec P. Servilius. Car, en parlant d'un monstre pareil, il faut plutôt rappeler l'époque de sa disparition que celui de sa naissance. (49 av. J.-C.)

Hortensia, fille de Q. Hortensius, voyant les dames romaines frappées d'un lourd impôt par les triumvirs sans qu'aucun homme osât prendre leur défense, plaida la cause des femmes devant les triumvirs avec autant de bonheur que de fermeté. Elle retrouva l'éloquence de son père et obtint la remise de la plus grande partie de la taxe imposée à son sexe. Hortensius sembla revivre dans sa descendance féminine et respirer dans le discours de sa fille et, si les hommes nés du même sang eussent voulu après elle suivre la même voie, l'on n'aurait pas vu prendre fin avec le seul et unique plaidoyer de cette femme la belle tradition d'éloquence qui se transmettait comme un héritage dans la famille Hortensia. (44 av. J.-C.)

(Livre VIII, 3 ; 1-3)

Eloge funèbre d'une matrone romaine

Laudatio Turiae

Le texte qui suit est une laudatio, éloge funèbre d'une matrone romaine qui vécut durant la période troublée de la fin de la république, des proscriptions, du deuxième triumvirat et des débuts du principat d'Auguste, soit approximativement entre 70-60 et 8 ou 2 av. J.-C.

Bien loin d'être une laudatio ordinaire cédant aux conventions d'un genre largement pratiqué, cet éloge est un témoignage extraordinaire de l'attitude courageuse d'une femme romaine qui a bravé les obstacles politiques, juridiques, les préjugés sociaux que les vicissitudes du temps et les traditions mettaient sur son chemin. Témoignage extraordinaire aussi des relations d'amour, d'estime, de reconnaissance qui pouvaient unir un mari et sa femme, puisque cette laudatio a été écrite par le mari lui-même.

Cet éloge, mutilé donc incomplet (on estime généralement que 132 lignes sur 180 ont été sauvées, dont cependant certaines ne sont pas intactes), avait été gravé sur deux tables de marbre de plus de deux mètres de haut qui, au cours des âges, ont été descellées, brisées et dispersées. Un fragment avait été encastré dans le mur d'une abbaye cistercienne, près de Rome, détruite depuis longtemps ; mais la copie qui en avait été faite fut retrouvée au XVIIe s. Un autre fragment fut découvert par hasard sur la rive droite du Tibre lors de la construction d'un égout collecteur. Deux autres morceaux furent retrouvés dans les catacombes où ils servaient à fermer des niches funéraires. En tout, sept fragments d'une inscription, dont certaines parties nous sont connues par des copies qui avaient été faites aux XVIe et XVIIe siècles. Comme le texte est lacunaire, il a fait l'objet de restitutions assez nombreuses et différentes suivant les éditeurs. Cependant l'essentiel nous est parvenu ; il met en lumière un aspect peu connu des relations entre les hommes et les femmes à Rome et tempère certaines idées toutes faites.

Cette laudatio est communément appelée Laudatio Turiae. Mais rien dans l'inscription ne permet d'identifier la défunte ou son mari.

Orbata es repente ante nuptiarum diem utroque parente in rustica solitudine una occisis. Per te maxime cum ego in Macedoniam provinciam abissem, vir sororis tuae Caius Cluvius in Africam provinciam, **inulta** non est relicta mors parentum. Tanta cum industria munere es pietatis perfuncta **efflagitando** atque **vindicando**, ut si **praesto** fuisset, non amplius praestitisset. At haec habes communia cum sanctissima femina, sorore tua.

Quae dum agitabas, ex patria domo propter custodiam sumpto de nocentibus supplicio **e vestigio** te in domum matris meae tulisti ubi adventum meum expectasti. (...)

Rara sunt tam diuturna matrimonia finita morte, non divortio interrupta ; nam contigit nobis, ut ad annum quadragesimum unum sine **offensa** perduceretur. Utinam **vetustum** ita extremam subisset mutationem **vice mea**, qua justus erat cedere fato **majorem**.



Un couple romain. Aedius Publius Amphio et Aedia femme de Publius Fausta Melior

Domestica **bona** pudicitiae, obsequii, comitatis, **facilitatis**, **lanificiis** tuis adsiduitatis, religionis sine superstitione, **ornatus** non conspiciendi, **cultus** modici cur memorem ? Cur dicam de tuorum caritate, familiae pietate, cum aequae matrem meam ac tuos parentes colueris eandemque quietem illi quam tuis curaveris, cetera innumerabilia habueris communia cum omnibus matronis dignam famam colentibus. Propria sunt tua, quae **vindico**, ac quorum pauci in similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent ; quae rara ut essent, hominum fortuna cavet.

(...)Quid ego nunc interiora nostra et recondita consilia secreto pectoris **eruum** ? **Ut** repentinis nuntiis ad **praesentia et imminetia** vitanda **excitatus** tuis consiliis conservatus sim ? Ut neque audacia abripi me temere passa sis et modestiora cogitanti fida **receptacula** pararis sociosque consiliorum tuorum ad me servandum dederis sororem tuam et virum eius C. Cluvium coniuncto omnium periculo ? Non finiam si **attingere** coner. Sat sit mihi tibi que salutariter me latuisse.

Acerbissimum tamen in vita mihi accidisse tua vice fatebor reddito iam non inutili cive patriae beneficio et iudicio absentis Caesaris Augusti, cum per te de **restitutione** mea M. Lepidus collega praesens interpellaretur et ad eius pedes prostrata humi non modo non **adlevata** sed tracta et servilem in modum **raptata livoribus** corporis repleta firmissimo animo eum admoneres edicti Caesaris cum gratulatione restitutionis meae auditisque verbis etiam contumeliosis et crudelibus exceptis vulneribus palam ea **praeferres**, ut auctor meorum periculorum **notesceret**. Cui nocuit mox ea res.

Quid hac virtute efficacius : praebere Caesari clementiae locum et cum **custodia spiritus**

mei notare importunam crudelitatem egregia tua patientia ?

Sed quid plura ? Parcamus orationi, quae debet et potest exire, ne viliter maxima opera tractando parum digne peragamus, cum pro documento meritorum tuorum oculis omnium praeferam **titulum** vitae servatae.

Pacato orbe terrarum, restituta re publica quieta deinde nobis et felicia tempora contingerunt. Fuerunt optati liberi, quos **aliquamdiu** sors nobis **inviderat**. Si fortuna procedere esset passa **sollemnis inserviens**, quid utrique nostrum defuit ? Procedens **alias** spem finiebat. Quid agitaveris propter hoc quaeque ingredi conata sis, forsitan in quibusdam feminis conspicua et amabilia, in te quidem minime admiranda **conlata** virtutibus tuis reliquis, **praetereo**.

Diffidens fecunditati tuae et dolens **orbitate** mea, ne tenendo in matrimonio te spem habendi liberos deponerem atque eius causa essem infelix, de divortio elocuta es vacuamque domum alterius fecunditati te tradituram non alia mente, nisi ut nota concordia nostra tu ipsa mihi dignam condicionem quaereres pararesque ac futuros liberos te communes proque tuis habituram adfirmares neque patrimonii nostri quod adhuc fuerat commune, separationem facturam, sed in eodem arbitrio meo id et, si vellem, tuo ministerio futurum ; nihil seiunctum, nihil separatum te habituram, sororis **socrusque** officia pietatemque mihi deinceps praestituram.

Fatear necesse est adeo me exarsisse, ut excesserim mente, adeo **exhoruisse** actus tuos, ut vix redderem mihi. Agitari divortia inter nos, antequam fato dicta lex esset, posse te aliquid concipere mente, quare viva desineres esse mihi uxor, cum paene **exule** me vita fidissima permansisses !

Quae tanta mihi fuerit cupiditas aut necessitas habendi liberos, ut propterea fidem **exuerem**, mutarem certa dubiis ? Sed quid plura ? Permansisti apud me ; neque enim cedere tibi sine dedecore meo et communi infelicitate poteram. (...)

Praecucurristi **fato**, delegasti mihi luctum **desiderio** tui nec liberos habentem solum virum reliquisti. Flectam ego quoque sensus meos ad iudicia tua.

Omnia tua cogitata praescripta cedant laudibus tuis, ut sint mihi solacia ne nimis desiderem quod immortalitati ad memoriam consecratum est.


Fructus vitae tuae non derunt mihi. Occurrente fama tua firmatus animo et doctus actis tuis resistam fortunae, quae mihi non omnia eripuit, cum laudibus crescere tui memoriam passa est. Sed quod **tranquilli status** erat, tecum amisi, quam **speculatricem** et **propugnatricem** meorum periculorum cogitans calamitate frangor nec permanere in **promisso** possum.

Naturalis dolor extorquet constantiae vires ; **maerore** mersor et quibus angor, luctu **taedioque**, in neutro **mihi consto** ; **repetens pristinos** casus meos futurosque eventus ab omni spe **decido** ; **mihi** tantis talibusque praesidiis **orbatus**, intuens famam tuam non tam constanter

patiendō haec quam ad desiderium luctumque reservatus videor.

Ultimum huius orationis erit omnia meruisse te neque **omnia contigisse** mihi, ut praestarem tibi. Legem habui **mandata** tua ; quod **extra mihi liberum fuerit**, praestabo.

Te di Manes tui ut quietam patiantur atque ita tueantur opto.



Portrait du Fayoum. IIe s. ap. J.-C.

Epitaphe d'une femme romaine

DEAE SANCTAE MEAE
PRIMILAE MEDICAE
L VIBI MELITONIS F
VIXIT ANNIS XXXXIII
EX EIS CVM L COCCEIO
APTHORO XXX SINE
QVERELLA **FECIT**
APTHORVS CONIVG
OPTIMAE CASTAE
ET SIBI

L'abrogation de la Lex Oppia

Une "manif" des femmes à Rome

L'épisode qui suit se déroule en 195 av. J.-C., sous le consulat de M. Porcius Caton et de L. Valerius Flaccus. La Lex Oppia, loi somptuaire, avait été votée pendant la deuxième guerre punique (219-201). Les extraits sont tirés de Tite-Live, Ab urbe condita, livre 34, chap. 1-8 (passim).

Au milieu des préoccupations que causaient tant de guerres importantes, à peine terminées ou sur le point d'éclater, survint une affaire, qui, malgré sa futilité, divisa les esprits et souleva de grands débats.


Les tribuns M. Fundanius et L. Valérius proposèrent au peuple l'abrogation de la loi Oppia. Cette loi, portée par le tribun C. Oppius, sous le consulat de Q. Fabius et de Ti. Sempronius, au fort de la guerre punique, défendait "aux femmes d'avoir plus d'une demi-once d'or, de porter des vêtements de diverses couleurs, et de faire usage de voitures à Rome, ou dans d'autres villes, ou à un mille de leur enceinte, sauf le cas de sacrifices publics." Les tribuns Marcus et Publius Junius Brutus voulaient la maintenir, et ils avaient déclaré qu'ils ne la laisseraient pas abroger. Plusieurs citoyens des plus nobles familles se portaient défenseurs ou adversaires de la loi.

Capitolium turba hominum faventium aduersantiumque legi complebatur. Matronae nulla nec auctoritate nec **verecundia** nec imperio virorum contineri **limine** poterant, omnes vias urbis **aditusque** in forum obsidebant, viros descendentes ad forum orantes ut, florente re publica, crescente in dies privata omnium fortuna, matronis quoque **pristinum ornatum** reddi paterentur. Augebatur haec frequentia mulierum in dies; nam etiam ex **oppidis conciliabulisque** conveniebant. Jam et consules praetoresque et alios magistratus adire et rogare audebant; ceterum minime **exorabilem** alterum **utique** consulem M. Porcium Catonem habebant, qui pro lege quae abrogabatur ita disseruit :

[2] "Si in sua quisque nostrum matre familiae, Quirites, ius et maiestatem viri retinere instituisset, minus cum universis feminis **negotii** haberemus : nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri hic quoque in foro **obteritur** et **calcatur**, et quia singulas sustinere non potuimus universas **horremus**. Equidem fabulam et fictam rem ducebam esse virorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri ab **stirpe** sublatum esse; ab nullo genere non summum periculum est, si coetus et concilia et secretas consultationes esse sinas.(...)

Equidem non sine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forum perveni. Quod nisi me verecundia singularum magis maiestatis et pudoris quam universarum tenuisset, ne **compellatae** a consule viderentur, dixissem: "Qui hic mos est in publicum procurrendi et obsidendi vias et viros alienos appellandi ? istud ipsum suos quaeque domi rogare non potuistis ?

an **blandiores** in publico quam in privato et alienis quam vestris estis ? **quamquam** ne domi quidem vos, si sui iuris finibus matronas contineret pudor, quae **leges hic rogarentur** abrogarenturve curare decuit. Maiores nostri nullam, ne privatam quidem rem agere feminas sine tutore auctore voluerunt, in manu esse parentium, fratrum, virorum : nos, si diis placet, iam etiam rem publicam **capessere** eas patimur et foro prope et contionibus et comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per vias et **compita** faciunt quam **rogationem** tribunorum plebi suadent, quam legem abrogandam censent ? Date **frenos** impotenti naturae et **indomito** animali et sperate ipsas modum licentiae facturas, nisi vos feceritis. Minimum **hoc** eorum est quae **iniquo animo** feminae sibi aut moribus aut legibus injuncta patiuntur. Omnium rerum libertatem, **immo** licentiam, si vere dicere volumus, desiderant. Quid enim, si hoc expugnaverint, non temptabunt ? (...)



Buste d'un patricien réalisé vers 80/70 av. J.-C., supposé être celui de Caton l'Ancien

Le consul L. Valérius répond à son collègue Caton :

Coetum et seditionem et interdum secessionem muliebrem appellavit quod matronae in publico vos rogassent ut legem in se latam per bellum temporibus duris, in pace et florenti ac beata re publica abrogaretis. Verba magna quae rei augendae causa **conquirantur** et haec et alia esse scio, et M. Catonem oratorem non solum gravem sed interdum etiam **trucem** esse scimus omnes, cum ingenio sit **mitis**. Nam quid tandem novi matronae fecerunt, quod frequentes in causa ad se **pertinente** in publicum processerunt ? nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt ? Tuas aduersus te Origines **revolvam**. Accipe quotiens id fecerint, et quidem semper bono publico. Iam a principio, regnante Romulo, cum Capitolio ab Sabinis capto medio in foro signis **collatis** dimicaretur, nonne intercurso matronarum inter acies duas proelium sedatum est ? Quid ? regibus **exactis**, cum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad


quintum **lapidem** posuissent, nonne id agmen quo **obruta** haec urbs esset matronae averterunt ?
 Iam urbe capta a Gallis, **aurum** quo redempta urbs est nonne matronae, consensu omnium, in
 publicum contulerunt ? Proximo bello, ne antiqua repetam, nonne et, cum pecunia **opus** fuit,
viduarum pecuniae adjuverunt **aerarium** et, cum di quoque novi ad opem ferendam dubiis
 rebus **arcesserentur**, matronae universae ad mare profectae sunt ad **Matrem Idaeam**
 accipiendam? Dissimiles, inquis, causae sunt. Nec mihi causas aequare **propositum** est : nihil
 novi factum **purgare** satis est. Ceterum **quod** in rebus ad omnes pariter, viros feminas,
 pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa proprie ad ipsas pertinente miramur fecisse ?
 Quid autem fecerunt ? Superbas, me, **Dius Fidius**, aures habemus si, cum domini servorum non
fastidiant preces, nos rogari ab honestis feminis indignamur. (...)



Portrait du Fayoum

Omnes alii **ordines**, omnes homines mutationem in meliorem statum rei publicae sentient : ad
 coniuges tantum nostras pacis et tranquillitatis publicae fructus non perveniet ? Purpura viri
 utemur, **praetextati** in magistratibus, in sacerdotiis, liberi nostri praetextis purpura togis utentur;
 magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae infimo generi, magistris vicorum, togae
 praetextae habendae ius permittemus, nec id ut vivi solum habeant tantum **insigne**, sed etiam ut
 cum eo crementur mortui : feminis **dumtaxat** purpurae usu interdicemus ? Et cum tibi viro liceat
 purpura in **vestem stragulam** uti, matrem familiae tuam purpureum **amiculum** habere non
 sines, et equus tuus **speciosius instratus** erit quam uxor vestita ?

"Il n'y aura pas, dit-on, de rivalité entre les femmes, lorsque aucune d'elles ne portera de l'or. Oui, mais quels ne seront pas leur dépit et leur colère, quand elles verront les femmes des alliés latins se parer en toute liberté de ces ornements qu'on leur interdit, (6) étaler l'or et la pourpre de leurs habits, se promener sur des chars par toute la ville, tandis qu'elles-mêmes les suivront à pied, comme si le siège de la puissance romaine était dans quelque cité latine et non dans Rome? (7) Ce contraste serait blessant pour des hommes, combien ne doit-il pas l'être pour l'amour-propre des femmes, qui sont si sensibles aux moindres humiliations?"



Portrait du Fayoum

"Magistratures, sacerdoces, triomphes, distinctions honorifiques, récompenses, dépouilles militaires, rien de tout cela n'est fait pour elles. La parure, les ornements, l'élégance, voilà ce qui les distingue; voilà leurs jouissances et leur gloire; voilà leur monde, suivant l'expression de nos ancêtres. Leur deuil se borne à quitter l'or et la pourpre, qu'elles reprennent à la fin de leur deuil. Dans les jours d'actions de grâces et de supplications, elles ne font que se parer d'ornements plus riches."

Scilicet, si legem Oppiam abrogaritis, non vestri **arbitrii** erit, si quid eius vetare volueritis, quod nunc lex vetat: minus filiae, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam, salvis suis, **exiit** servitus muliebris, et ipsae libertatem, quam viduitas et **orbitas** facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum quam in legis malunt esse; et vos in manu et **tutela**, non in servitio debetis habere eas et malle patres vos aut viros quam dominos dici.

Haec cum contra legem proque lege dicta essent, aliquanto maior frequentia mulierum postero die sese in publicum effudit unoque agmine omnes tribunorum ianuas obsederunt, qui collegarum rogationi **intercedebant**, nec ante abstiterunt quam remissa intercessio ab tribunis est. Nulla deinde dubitatio fuit quin omnes **tribus** legem abrogarent. Viginti annis post abrogata est quam lata.

Alia tempora Alii mores

Le mariage



(aucun rapport avec le juriste Gaius ci-dessous...!)

Les lignes qui suivent sont tirées des Institutes de Gaius, le juriste romain du II^e s. qui vécut sous le règne d'Hadrien et de ses successeurs, Antonin le Pieux, Marc-Aurèle.

109 **In manum** autem feminae tantum conveniunt.

110 Olim tribus modis in manum conveniebant : **usu, farreo, coemptione**

111 *Usu* in manum conveniebat, quae anno continuo nupta perseverabat ; quia velut annua possessione usu capiebatur, in familiam viri transibat filiaeque locum obtinebat. Itaque **lege duodecim tabularum** cautum est ut, si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ea quotannis **trinoctio** abesset atque eo modo cujusque anni usum interromperet. Sed hoc totum jus partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine oblitteratum est.

112 *Farreo* in manum conveniunt per quoddam genus sacrificii, quod Iovi Farreo fit ; in quo farreus panis adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur ; **complura** praeterea hujus juris **ordinandi** gratia cum certis et sollemnibus verbis praesentibus decem testibus aguntur et fiunt. Quod jus etiam nostris temporibus in usu est...

113 Coemptione vero in manum conveniunt per **mancipationem**, id est per quandam imaginariam venditionem. Nam adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus, item **libripende**, emit vir mulierem, cuius in manus convenit.

Le bon vieux temps

L'Athénien Xénophon a dit, dans son livre qui a pour titre *l'Économique*, que l'union conjugale a été instituée par la nature pour former la société non seulement de la vie la plus agréable, mais encore la plus utile. Cicéron aussi a dit autrefois que cette union assemble l'homme avec la femme pour que le genre humain ne pérît pas à la longue, ensuite pour assurer aux mortels par cette association des secours et une protection dans leur vieillesse. (2) En outre, la nourriture et les autres besoins de la vie de l'homme ne se préparant pas dehors et dans les lieux sauvages comme ceux des animaux, mais bien à l'abri et dans la maison, il était nécessaire que des deux époux l'un sortît et s'exposât aux intempéries de l'air pour se procurer

ses provisions par le travail et l'industrie, et, que l'autre restât à la maison pour les y serrer et les conserver. Ainsi, si d'un côté, pour nous procurer quelques ressources, il était nécessaire de travailler la terre, ou de nous livrer à la navigation, ou même de faire divers genres de commerce; (3) de l'autre, il était indispensable, nos provisions une fois entassées dans notre maison, qu'une autre personne se trouvât là pour veiller à leur garde et s'occuper des autres travaux qui doivent être exécutés dans l'intérieur. (...)

Aussi la nature a-t-elle départi à l'homme les chaleurs et le froid à supporter, les voyages, les travaux de la paix et de la guerre, c'est-à-dire l'agriculture et les services militaires; (5) et a-t-elle confié à la femme, qu'elle a faite impropre à ces occupations, la gestion des affaires domestiques. Comme elle avait disposé le sexe féminin à la conservation et à la vigilance, elle l'a rendu plus timide que le sexe masculin, parce que la crainte de perdre détermine puissamment à la vigilance pour garder ce qu'on possède. (6) Mais l'homme étant quelquefois obligé de repousser les attaques au-dehors, quand il est en plein champ occupé à chercher sa subsistance, la nature le fit plus hardi que la femme. Et comme, d'un autre côté, après avoir rassemblé les provisions, la mémoire et l'attention n'étaient pas moins nécessaires à l'homme qu'à la femme, elle a également doué l'un et l'autre de ces facultés. De plus, la simple nature, pour que tous les avantages ne fussent pas le partage d'un même individu, a voulu que les deux sexes eussent réciproquement besoin de l'autre : aussi ce qui manque à l'un se trouve ordinairement chez l'autre. (7) Ce n'est pas en vain que Xénophon dans son *Economique*, et ensuite Cicéron, qui a traduit cet ouvrage en latin, se sont occupés de cette matière. Chez les Grecs, et bientôt après chez les Romains jusqu'au temps de nos pères, toutes les occupations de l'intérieur de la maison étaient confiées aux femmes, parce que les pères de famille abandonnaient toute espèce de soins de ce genre lorsque, cherchant un délassement après les exercices extérieurs, ils revenaient auprès de leurs pénates domestiques. Aussi voyait-on régner dans le ménage le plus grand respect joint à la concorde et au zèle, et les épouses, même les plus belles, étaient animées d'émulation pour s'appliquer, à force de soins, à accroître et à améliorer les biens de leurs maris. (8) On ne voyait rien de partagé dans le ménage, rien que le mari ou la femme pût justement revendiquer comme lui appartenant en particulier : mais l'un et l'autre coopéraient à la chose commune; de sorte que le zèle de la femme pour l'intérieur rivalisât avec l'activité du mari pour les affaires du dehors. (...)

9) Aujourd'hui, au contraire, la plupart des femmes sont tellement énervées par le luxe et la paresse, qu'elles ne daignent pas même s'occuper du travail de la laine ; et, dans leur oisiveté, elles sont dégoûtées des vêtements faits à la maison, et poussées par leurs désirs pervertis elles obtiennent de leurs maris, à force de cajoleries, des vêtements plus précieux qu'on achète à des prix énormes, et qui absorbent pour ainsi dire leur revenu presque entier. Aussi il n'est pas étonnant que ces dames se trouvent excédées du soin de la campagne et des instruments d'agriculture, et regardent comme une chose ignoble de passer quelques jours dans leurs métairies. (10) C'est pourquoi les anciennes habitudes des familles sabinnes et romaines étant non seulement passées de mode, mais même complètement anéanties, les métayères se sont trouvées nécessairement saisies du soin qui faisait partie des devoirs des dames; et les métayers ont aussi pris la place des maîtres, qui précédemment, se conformant aux anciens usages, non seulement se livraient à la culture des champs, mais même les habitaient.

Columelle, *Res rustica*, L. XII. Avant-propos.


Emancipatae



Mosaïque de Piazza Armerina (Sicile) IVe s. ap. J.-C.

Julie et son père Auguste

Annum **agebat** tricesimum et octavum, tempus aetatis, si mens sana superesset, **vergentis** in **senium** : sed indulgentia tam fortunae quam patris abutebatur, cum **alioquin** litterarum amor multaque eruditio, quod in illa domo facile erat, praeterea mitis humanitas minimeque saevus animus ingentem feminae gratiam conciliarent, mirantibus qui vitia noscebant tantam pariter diversitatem. Non semel **praeceperat** pater, temperato tamen inter indulgentiam gravitatemque sermone, moderaretur **profusos cultus perspicuosque comitatus**. Idem cum ad **nepotum** turbam similitudinemque respexerat qua representabatur **Agrippa**, dubitare de pudicitia filiae **erubescibat**. Inde **blandiebatur sibi** Augustus laetum in filia animum usque ad speciem **procacitatis**, sed **reatu** liberum : et talem fuisse apud maiores **Claudiam** credere audebat. Itaque inter amicos dixit duas habere se filias delicatas, quas necesse haberet ferre, rem publicam et Iuliam.



Buste de Julie (Musée St Raymond Toulouse)

Venerat ad eum licentiore vestitu, et oculos offenderat patris tacentis. Mutavit **cultus** sui postera die **morem**, et laetum patrem adfectata severitate complexa est. At ille, qui pridie dolorem suum continuerat, gaudium continere non potuit, et « Quantum hic, ait, in filia Augusti **probabilior** est cultus? » Non defuit **patrocinio** suo Iulia his verbis : « Hodie enim me patris oculis ornavi, heri viri. »

Notum et illud : adverterant in se populum in spectaculo gladiatorum Livia et Iulia comitatus dissimilitudine, **quippe cingentibus** Liviam gravibus viris, haec iuventutis et quidem **luxuriosae** grege **circumsedebatur**. Admonuit pater scripto : « Videret, quantum inter duas principes feminas interesset. » Eleganter illa rescripsit : « Et hi mecum senes fient. »

Eadem Iulia mature habere coeperat **canos**, quos **legere** secreta solebat. Subitus interventus patris aliquando oppressit **ornatrices**. Dissimulavit Augustus **deprehensis** super vestem earum **canis** : et aliis sermonibus tempore extracto induxit aetatis mentionem, interrogavitque filiam, utrum post aliquot annos cana esse mallet an **calva** : et cum illa respondisset : « Ego, pater, cana esse malo », sic illi **mendacium** obiecit : « Quid ergo istae te calvam tam cito faciunt ? »

Item cum gravem amicum audisset Iulia suadentem melius facturam si se composuisset ad exemplar paternae frugalitatis, ait : « Ille obliviscitur Caesarem se esse : ego memini me Caesaris filiam. »

Cumque **conscii flagitiorum** mirarentur quomodo similes Agrippae filios **pareret** quae tam **vulgo** potestatem corporis sui faceret, ait : « Numquam enim nisi navi plena tollo **vectorem**. »

Macrobe, *Saturnales*, II, 5

On notera qu'Auguste, lassé des frasques de sa fille, finira par l'exiler en 2 av. J.-C. sur une petite île au large de la Campanie !

Sempronia

Catilina, préparant sa conjuration, recrute partout des partisans

Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines **adscivisse** sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis **sumptus stupro** corporis toleraverant, post, ubi aetas tantummodo **quaestui** neque **luxuriae modum fecerat**, **aes alienum** grande **conflaverant**. Per eas se Catilina credebat posse **servitia** urbana **sollicitare**, urbem incendere, viros earum vel adiungere sibi vel interficere.

Sed in iis erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea viro atque liberis satis fortunata fuit ; litteris Graecis et


Latinis docta, **psallere** et **saltare** elegantius quam necesse est probae, multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. Sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit : pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneres ; **lubido** sic accensa, ut saepius peteret viros quam peteretur. Sed ea saepe antehac fidem prodiderat, **creditum abiuraverat**, caedis conscia fuerat ; luxuria atque inopia praeceptis abierat. Verum ingenium eius haud **absurdum** : posse versus facere, **iocum movere**, sermone uti vel modesto vel **molli** vel **procaci** ; prorsus multae **facetiae** multusque **lepos** inerat.

Salluste, *Catilina*, 24, 3-4 ; 25, 1-5

Poppée

Dans les Annales de Tacite, Poppée, tour à tour femme d'Othon, maîtresse puis épouse de Néron, représente le type de l'intrigante immorale et sans scrupules. L'extrait suivant relate les débuts de sa carrière.

Non minus insignis eo anno impudicitia magnorum rei publicae malorum initium fecit. Erat in civitate Sabina Poppaea, T. Ollio patre genita.(...) Huic mulieri cuncta alia fuere **praeter** honestum animum. Quippe **mater eius**, aetatis suae feminas pulchritudine **supergressa**, gloriam pariter et formam dederat ; opes **claritudine** generis **sufficiebant**. Sermo comis nec **absurdum** ingenium. Modestiam **praefere** et **lascivia** uti ; rarus in publicum egressus, **idque velata** parte oris, ne **satiaret** adspectum, vel quia sic decebat. Famae numquam pepercit, maritos et adulteros non distinguens ; neque **adfectui** suo aut alieno **obnoxia**, unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufri Crispi[ni] equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho **pellexit iuventa** ac luxu et quia **flagrantissimus** in amicitia Neronis habebatur. Nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur.



Mâitre anonyme de l'École de Fontainebleau

Plutôt la Poppée de Monteverdi....

Otho sive amore **incautus** laudare formam elegantiamque uxoris apud principem, sive ut accenderet ac, si eadem femina **potirentur**, id quoque vinculum potentiam ei **adiceret**. Saepe auditus est consurgens e convivio Caesaris seque ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium. His atque talibus **inritamentis** non longa **cunctatio** interponitur, sed **accepto aditu** Poppaea primum per **blandimenta** et artes valescere, **imparem** cupidini et **forma** Neronis captam simulans ; mox acri iam principis amore ad superbiam vertens, si ultra unam alteramque noctem **attineretur**, nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium omittere, **devinctam** Othoni per genus vitae, quod nemo adaequaret : illum animo et **cultu** magnificum ; ibi se summa fortuna digna visere. At Neronem, **paelice** ancilla et **adsuetudine Actes** devinctum, nihil e **contubernio** servili nisi abiectum et sordidum traxisse. Deicitur **familiaritate** sueta, post congressu et comitatu Otho, et ad postremum, ne in urbe **aemulatus** ageret, provinciae Lusitaniae **praeficitur** ; ubi usque ad **civilia arma** non **ex** priorie infamia, sed integre sancteque egit, **procax otii** et potestatis temperantior.

Tacite, *Annales*, XIII, 45-46



Poppée

Plutôt celle de Tacite...

A Pompéi les murs ont une bouche

Quelques graffitis, parmi des dizaines, laissés sur les parois des lieux de plaisir

ΕΥΠΛΙΑ ΗΙC
CVM HOMINIBVS BELLIS
MM

CIL IV, 2310b


Le verbe est sous-entendu, mais il se laisse facilement rétablir.

Εὐπλία / Εὐπλοια « celle qui fait bien naviguer » s'emploie comme épithète d'Aphrodite. Ce pseudonyme ne manque pas de piquant ! L'accueillante Euplia apparaît encore plusieurs fois sur les murs de Pompéi.

GRAVIDAM (ME) TENE[T]
AT[I]M[ETVS]

CIL IV, 10231

Atimetus m'a mise enceinte.



ΕΥΤΥΧΙC
VGRAECA A II
MORIBVS BELLIS

CIL IV, 4592

Eutychis la Grecque, 2 as, belles manières.

La deuxième ligne commençait par les lettres VER(na) mais le E a été corrigé en G.
[verna, ae, f., l'esclave]

Et, pour finir, cette inscription d'un distique en hexamètres gravée sans doute par un amateur de poésie :

CANDIDA ME DOCVIT NIGRAS ODISSE PVELLAS
ODERO SI POTERO SI NON INVITVS AMABO

CIL IV, 01520

"Je suis belle, ô mortels, comme un rêve de pierre..."

Elégies

Dans son premier livre d'éloges, Tibulle (vers 55-19 av. J.-C.) chante l'amour qu'il éprouve pour celle qu'il appelle Délie, une jeune femme mariée, mais libre de mœurs. Cette passion est faite de joies, d'espoirs, de déceptions, de souffrances. Dans l'élogie qui suit, il dit aussi son rêve contrarié d'une vie tranquille à la campagne avec celle qu'il aime.

"Mon bel amour mon cher amour ma déchirure"

Asper eram et bene **discidium** me ferre loquebar,
At mihi nunc longe gloria fortis abest.
Namque agor ut per plana citus sola verberere **turben**,
Quem celer adsueta **versat** ab arte puer.
Ure ferum et torque, **libeat** ne dicere quicquam 5
Magnificum post haec : **horrida** verba **doma**.
Parce tamen, per te furtivi foedera lecti,
Per venerem quaeso **conpositum**que caput.
Ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor votis **eripuisse** meis, 10
Ipseque te circum **lustravi sulphure** puro,
Carmine cum magico **praecinisset anus** ;
Ipse procuravi, ne possent saeva nocere
Somnia, ter sancta **devenienda mola** ;
Ipse ego **velatus filo** tunicisque **solutis** 15
Vota novem **Triviae** nocte silente dedi.
Omnia **persolvi** : fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.
At mihi felicem vitam, si salva fuisses,
Fingebam demens, sed **renuente** deo. 20
Rura colam, **frugum**que aderit mea Delia custos,
Area dum **messes** sole calente **teret**,
Aut mihi servabit plenis in **lintribus** uvas
Pressaque veloci **candida musta** pede ;

Consuescet numerare pecus, consuescet **amantis** 25

Garrulus in dominae ludere **verna** sinu.


Illa **deo** sciet **agricolae** pro vitibus uvam,

Pro segete **spicas**, pro grege ferre **dapem**.

Illa regat cunctos, illi sint omnia curae,

At iuuet in tota me nihil esse domo. (...) 30

Elégie I, 5



Pompéi Flore

Propertius (vers 50-15 av. J.-C.), dans ses deux premiers livres d'épigrammes, célèbre son aventure amoureuse avec une femme qu'il appelle Cynthia. Poèmes du désir, du bonheur d'aimer, de la jalousie, de la réconciliation, de la rupture. C'est à ce cycle qu'appartient le poème qui suit. (Voir aussi le poème de Propertius dans la 1^{ère} partie de la brochure).

"Dormeuse, amas doré d'ombres et d'abandons..."

Qualis **Thesea** iacuit cedente carina

Languida desertis **Cnosia** litoribus, (...)

Talis visa mihi mollem spirare quietem

Cynthia **consertis nixa** caput manibus,

Ebria cum multo traherem **vestigia Baccho**, 5

Et **quaterent** sera nocte **facem** pueri.

Hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnis,
Molliter impresso conor adire **toro** ;
Et quamvis duplici correptum ardore iuberent
Hac Amor hac **Liber**, durus uterque deus, 10
Subiecto leviter **positam temptare lacerto**
Osculaque admota sumere **tarda** manu,
Non tamen ausus eram dominae turbare quietem,
Expertae metuens **iurgia** saevitiae ;
Sed sic intentis haerebam fixus **ocellis**, 15
Argus ut ignotis cornibus **Inachidos**.
Et modo solvebam nostra de fronte **corollas**
Ponebamque tuis, Cynthia, **temporibus** ;



Matisse Femme endormie

Et modo gaudebam lapsos formare capillos ;
Nunc furtiva cavis **poma** dabam manibus : 20
Omnia quae ingrato largibar munera **somno**,
Munera de **prono** saepe voluta **sinu** ;
Et quotiens raro **duxti** suspiria motu,
Obstupui vano credulus auspicio,
Ne qua tibi insolitos portarent visa timores, 25
Neve quis invitam **cogeret** esse suam :
Donec diversas praecurrens luna fenestras,
Luna moraturis **sedula** luminibus,
Compositos levibus radiis patefecit ocellos.
Sic ait in molli **fixa toro cubitum** : 30

"Tandem te nostro referens iniuria lecto
 Alterius clausis expulit e foribus ?
 Namque ubi longa meae consumpsti tempora noctis,
Languidus exactis, **ei** mihi, sideribus ?
 O utinam talis perducas, **improbe**, noctes, 35
 Me miseram qualis semper habere iubes!
 Nam modo purpureo fallebam **stamine** somnum,
Rursus et Orphea carmine, fessa, lyrae ;
 Interdum leviter mecum deserta querebar
Externo longas saepe **in amore** moras : 40
 Dum me iucundis lassam Sopor impulit alis.
Illa fuit lacrimis ultima **cura** meis."

Elégie I, 3

Le 1^{er} juin 1833, Chateaubriand, de retour de Prague, fait route à travers les forêts de Bohême. « Du fond de ma calèche, je regardais se lever les étoiles. » L'écrivain est alors transporté en imagination dans la campagne des environs de Rome où il a fait tant de promenades au clair de lune cinq ans plus tôt ; dans sa rêverie lui apparaît la figure de Cynthie, gracieux fantôme, qui mêle échos antiques et visions du présent.

Ecoutez ! la nymphe Egérie chante au bord de sa fontaine ; le rossignol se fait entendre dans la vigne de l'hypogée des Scipions ; la brise alanguie de la Syrie nous apporte indolemment la senteur des tubéreuses sauvages. Le palmier de la villa abandonnée se balance à demi noyé dans l'améthyste et l'azur des clartés phébéennes. Mais toi, pâlie par les reflets de la candeur de Diane, ô Cynthie, tu es mille fois plus gracieuse que ce palmier. Les mânes de Délie, de Lalagé, de Lydie, de Lesbie, d'Olympia posés sur des corniches ébréchées, balbutient autour de toi des paroles mystérieuses. Tes regards se croisent avec ceux des étoiles et se mêlent à leurs rayons.

Mais, Cynthie, il n'y a de vrai que le bonheur dont tu peux jouir. Ces constellations si brillantes sur ta tête ne s'harmonisent à tes félicités que par l'illusion d'une perspective trompeuse. Jeune Italienne, le temps fuit ! sur ces tapis de fleurs tes compagnes ont déjà passé.

Une vapeur se déroule, monte et enveloppe l'oeil de la nuit d'une rétine argentée ; le pélican crie et retourne aux grèves ; la bécasse s'abat dans les prêles des sources diamantées ; la cloche résonne sous la coupole de Saint-Pierre ; le plain-chant nocturne, voix du moyen âge, attriste le monastère isolé de Sainte-Croix ; le moine psalmodie à genoux les ante-laudes, sur les colonnes calcinées de Saint-Paul ; des vestales se prosternent sur la dalle glacée qui ferme leurs cryptes ; le pifferaro souffle sa complainte de minuit devant la Madone solitaire, à la porte condamnée d'une catacombe. Heure de la mélancolie, la religion s'éveille et l'amour s'endort !

Cynthie, ta voix s'affaiblit : il expire sur tes lèvres, le refrain que t'apprit le pêcheur napolitain dans sa barque vélivole, ou le rameur vénitien dans sa gondole légère. Va aux défaillances de ton repos ; je protégerai ton sommeil. La nuit dont tes paupières couvrent tes yeux dispute de suavité avec celle que l'Italie assoupie et parfumée verse sur ton front. Quand le hennissement de nos chevaux se fera entendre dans la campagne, quand l'étoile du matin annoncera l'aube, le berger de Frascati descendra avec ses chèvres, et moi je cesserai de te bercer de ma chanson à demi-voix soupirée :

" Un faisceau de jasmins et de narcisses, une Hébé d'albâtre, récemment sortie de la cavée d'une fouille, ou tombée du fronton d'un temple, gît sur ce lit d'anémones : non, Muse, vous vous

trompez. Le jasmin, l'Hébé d'albâtre, est une magicienne de Rome, née il y a seize mois de mai et la moitié d'un printemps, au son de la lyre, au lever de l'aurore, dans un champ de roses de Paestum.

" Vent des orangers de Palerme qui soufflez sur l'île de Circé ; brise qui passez au tombeau du Tasse, qui caressez les nymphes et les amours de la Farnésine ; vous qui vous jouez au Vatican parmi les vierges de Raphaël, les statues des Muses, vous qui mouillez vos ailes aux cascates de Tivoli ; génies des arts qui vivez de chefs-d'oeuvre et voltigez avec les souvenirs venez : à vous seuls je permets d'inspirer le sommeil de Cynthie.

Mémoires d'Outre-Tombe, 4^e partie, livre 39, chap. 5

Le livre IV des Elégies de Propertius est consacré à des légendes qui se rattachent à des sites romains. Dans le poème qui suit apparaît Tarpeia, qui a trahi sa patrie pour l'amour du roi sabin Tatius.

*"Je le vis, je rougis, je pâlis à sa vue,
Un trouble s'éleva dans mon âme éperdue..."*

(...)

Quid tum Roma fuit, **tubicen** uicina **Curetis**

Cum **quateret lento** murmure saxa Iouis ? 10

Atque ubi nunc terris dicuntur iura subactis,

Stabant Romano pila Sabina Foro.

Murus erant montes ; ubi nunc est curia **saepa**,

Bellicus ex illo fonte bibebat equus.

Hinc Tarpeia deae fontem **libauit** : at illi 15

Urgebat medium **fictilis** urna caput.

Et satis una malae potuit mors esse puellae,

Quae uoluit flammis **fallere**, Vesta, tuas ?

Vidit **harenosis Tatum** proludere campis

Pictaque per **flauas** arma leuare **iubas** : 20

Obstipuit regis facie et regalibus armis,

Interque oblitus excidit urna manus.

Saepe illa immeritae **causata** est **omina** lunae,

Et sibi **tingendas** dixit in **amne comas** :

Saepe tulit blandis argentea **lilia** Nymphis, 25

Romula ne faciem **laederet** hasta Tati.

Dumque subit primo Capitolia **nubila fumo**,

Rettulit hirsutis brachia secta **rubis**,

Et sua Tarpeia **residens** ita fleuit ab arce
 Vulnera, uicino non patienda Ioui : 30
 "Igne castrorum et Tatiae **praetoria turmae**
 Et formosa oculis arma Sabina meis,
 O utinam ad uestros sedeam captiua Penatis,
 Dum captiua mei **conspicer** ora Tati !
 Romani montes, et montibus addita Roma, 35
 Et **ualeat probro** Vesta pudenda meo :
 Ille equus, ille meos in castra reponet amores,
 Cui Tatius **dextras collocat** ipse iubas !
Quid mirum in patrios **Scyllam** saeuisse capillos,
 Candidaque in saeuos **inguina uersa** canis ? 40
 Prodit a quid mirum fraterni cornua **monstri**,
 Cum patuit lecto **stamine** torta uia ?
 Quantum ego sum **Ausoniis** crimen factura puellis,
Improba uirgineo lecta **ministra** foco !
Pallados exstinctos si quis mirabitur ignis, 45
 Ignoscat : lacrimis spargitur ara meis. (...)

Elégies IV, 4

Le Corpus Tibullianum nous a transmis six courtes pièces tout à fait singulières. Il s'agit de brèves lettres écrites en distiques élégiaques par Sulpicia, jeune fille appartenant à une grande famille romaine. Elle s'était éprise d'un jeune homme dont la condition était peut-être inférieure à la sienne, et que les élégies appellent Cérintus. Si leur valeur poétique demeure limitée, il n'était pourtant pas sans intérêt de clore notre saison de lecture « Femmes à Rome » par ces textes, seuls exemples d'élégies écrites par une femme qui nous soient parvenues.

Epistula I (Elégie III, 13)

Tandem venit amor, **qualem texisse pudori**
 Quam **nudasse** alicui sit **mihi** fama magis.
 Exorata meis illum **Cytherea Camenis**
 Adtulit in nostrum deposuitque sinum.
 Exsoluit promissa Venus : mea gaudia narret, 5
 Dicitur siquis non habuisse sua.
 Non ego **signatis** quicquam mandare tabellis,

Ne legat id nemo **quam** meus **ante**, velim,
Sed peccasse iuvat, voltus **componere** famae
Taedet : cum digno digna fuisse ferar. 10

Epistula II (Elégie III,14)

Invisus natalis adest, qui rure molesto
Et sine Cerintho tristis agendus erit.
Dulcius urbe quid est? an villa sit apta puellae
Atque **Arretino** frigidus **amnis** agro?
Iam, nimium **Messalla** mei studiose, quiescas, 5
Heu tempestivae, saeve propinque, viae !
Hic animum sensusque meos abducta relinquo,
Arbitrio quamvis non sinis esse meo.

Epistula III (Elégie III,15)

Scis **iter ex animo** sublatum triste puellae ?
Natali Romae iam licet esse suo.
Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui **nec opinanti** nunc tibi forte venit.

Epistula IV (Elégie III, 16)

Gratum est, **securus** multum quod iam tibi de me
Permittis, subito ne male **inepta** cadam.
Sit tibi cura togae potior pressumque **quasillo**
Scortum quam Servi filia Sulpicia :
Solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est, 5
Ne cedam ignoto, maxima causa, **toro**.

Epistula V (Elégie III, 17)

Estne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,
Quod mea nunc vexat corpora fessa calor ?
A ego non aliter tristes evincere morbos
Optarim, quam te si quoque velle putem.
At mihi quid prosit morbos evincere, si tu 5
Nostra potes **lento** pectore ferre mala ?

Epistula VI (Elégie III, 18)

Ne tibi sim, mea lux, **aeque** iam **fervida** cura
Ac videor paucos ante fuisse dies,
Si quicquam tota commisi stulta iuventa,
Cuius me fatear paenituisse magis,
Hesterna quam te solum quod nocte reliqui, 5
Ardorem cupiens dissimulare meum.



Les Noces aldobrandines. Peinture murale. Rome. Epoque d'Auguste